



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Venerabilis Patris D. Hludowici Blosii Abbatis Lætiensis  
Ordinis S. P. N. Benedicti Tomus Posterior Margaritum  
Spirituale**

**Blois, Louis de  
Monasterii Campidonensis, 1672**

Cap. unicum. Ex quo pius Lector remittitur ad Epitomen Vitæ Christi in  
Margarito spirituali.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45885](#)

**Corona Spiritu alis** *Eus, & habitu inventus ut homo. Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter justificationem nostram. Propter nos egenus factus est, cum esset dives, ut illius in opere nos divites essemus,*

**Rom. 4.** *Ipsi gloria in saecula saeculorum, Amen.*

**2. Cor. 8.**

## CAPUT VNICVM.


AD SIMPLICIOREM  
LECTOREM.

*Ex quo pius Lector remittitur ad Epitomen Vita Christi in Margarito spirituali.*

LUC. 1.

**M**ISSVS est Angelus Gabriel à Deo in civitatem Galilee, cui nomen Nazareth, ad Virginem despontatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, & nomen Virginis Mariae. Et ingressus Angelus ad eam, dixit: Ave gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audisset, turbata est in sermone eius: & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas Mariam, invenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum, &c. †

**†** Cetera autem puncta & mysteria Evangelica hisc abrumpuntur; quia R. D. Blosius in editione suorum Operum secundâ, Historiam istam Evangelicam mutavit & auxit, & convertit in plenam Harmoniam ex qua tuor Evangelistis confitam, quam reperi datur in Margarito spirituali, sub titulo Epitomes Vita Christi.



*Quædam notanda in lectione historiæ Evangelicæ.*

1. Christus Maria Primogenitus & unigenitus, quem ipsa semper Virgo peperit sine dolore.
2. Christus à primo instanti conceptionis plenus gratiæ & sapientiæ: in quibus proficeretur, quia ea paulatim hominibus manifestavit.
3. Anima eius semper fruebatur Deitate: & tamen abundantiam reprobatione in corpus resuere quod passibile erat, & pro nobis pati debebat.
4. Acerbitas passionis Dominica prorsus intarribilis.
5. Lectio Evangelij diligenter frequentanda, & cum insigni semper reverentia.
6. Pius innundum meritum Christi, quibus remissionem, gratiam & salutem nobis obtinuit.

**Q**uisquis simpliciores, dum legis in praedicta Historiola Legi Evangelica\*, Mariam peperisse magis ad Div. parte, & non arbitris ipsam adhuc alias etiam vero filios postea genuisse. Primogenitus enim dicitur, ante quem nullus est natus, sive post eum adhuc aliis, sive nullus nascatur: atque ita primogenitus dicitur. etiam ille qui est unigenitus. Indubitanter credere te oportet, Mariam non alium filium genuisse, quam Iesum. Peperit autem eum in momento, sine dolore, sicut eum sine carnali voluptate conceperat. Imò verò & cocepit